SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS, ET DOMINI NOSTRI, DOMINI

PII

DIVINA PROVIDENTIA

PAPÆ VI.

SCHEDULA MOTUS PROPRII

QUA

Nonnullæ Gratiæ Superviventiæ in Officiis Vacabilibus Romanæ Curiæ abrogantur.



ROMÆ MDCCLXXV.

Ex Typographia Reverendæ Cameræ Apoſtolicæ.

Digitized by Google

Digitized by Google

PIUS PP. VI.

MOTU PROPRIO &c.

NUPER ſiquidem Nobis innotuit, quod ab immediato Prædeceſſore Noſtro recol. mem. Clemente PP. XIV. nonnullæ ſuper Officiis Vacabilibus Romanæ Curiæ comperiuntur elargitæ gratiæ Superviventiæ nuncupatæ, quæ quidem præſeferunt, ut quamvis ea per obitum illa obtinentium vacare contingant, nihilominus, abſque devolutione aliqua favore Datariæ Apoſtolicæ, ut moris eſſet, de ipſis Officiis a Proprietariis, perinde ac ſi minime vacaſſent diſponi queat. Cumque jamdudum Prædeceſſores Noſtri Romani Pontifices inter Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas eam etiam condiderint, & Nos ipſi innovaverimus, qua Indulta ſuperviventiæ ſu-

per fructibus Eccleſiaſticorum Beneficiorum in Succeſſorum præjudicium ſublatæ ſunt; ita etiam de ſimilibus conceſſionibus ſuper Officiis Vacabilibus, quæ in Cameræ Noſtræ Apoſtolicæ detrimentum impertitæ erant, par judicium eſſet ferendum: Verum quia nil habuimus antiquius, quam ſervare æquitatem, quæ eſt juſtitiæ maxime propria; quas vel favore Locorum Piorum, vel juſta ex cauſſa elargitas deprehendimus, præſervandas fuimus arbitrati: E converſo vero eas, quas nonniſi levibus cauſſis innixas fuiſſe compertum eſt, prorſus delere nimis congruum cenſemus. Motu igitur ſimili &c. omnes, & ſingulas Superviventiæ conceſſiones, quæ ſive in Schedulis Motus paris, vel vigore Reſcriptorum ſuper ſupplicibus libellis ab eodem Clemente Prædeceſſore, ad quodcumque tempus duraturæ, ſuper Officiis Vacabilibus Romanæ Curiæ in favorem Dilectorum Filiorum Marchionis Camilli Maximi, & Marchionis Hortenſii Ceva, ac Innocentii Buontempi, & Nicolai Felicis Biſchi, necnon Caroli Ippoliti, ac in dilectæ in Chriſto Filiæ Victoriæ etiam Biſchi conceſſæ comperiuntur, ſive Officia illa, ut vulgo dicitur, in eorum Capitibus, ſive in aliis Perſonis exiſtant, ſed ad præfatos Marchionem Camillum, & Hortenſium, necnon ad Innocentium, & Nicolaum Felicem, ac Carolum, & Victoriam, vel ad eorum aliquem, ſaltem quoad fructuum perceptionem reſpective,

per-

pertineant, præſentis Noſtræ Schedulæ vigore penitus, & omnino revocamus, delemus, & annullamus, ac caſſamus, tollimus, & abolemus. Effectum tamen revocationis, & abolitionis hujuſmodi ad ſex menſes proximos tantum a data præſentis Noſtræ Schedulæ enumerandos; ita tamen, quod omnia, & ſingula Officia ad ipſos, & ipſam, vel eorum aliquem, ut præfertur, ſpectantia proximo ſemeſtre elapſo, vitæ periculis illa obtinentium juxta primævam Officiorum eorumdem naturam ſubjecta ſint; ex Animi Noſtri clementia ſuſpendimus, ac differimus. Præſentem autem Noſtri Motus proprii Schedulam, etiam ex eo, quod dicti Marchiones Camillus, & Hortenſius, necnon Innocentius, & Nicolaus Felix, ac Carolus, & Victoria minime citati, nec auditi fuerint, neque Cauſſæ, propter quas illæ emanarint adductæ, vel verificatæ non fuerint; de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis Noſtræ, vel quovis alio defectu notari, impugnari, vel retractari non poſſe: atque ita per quoſcumque Judices &c. ſublata &c., judicari, & definiri debere, etſi ſecus ſuper his a quoquam, quavis authoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari, irritum, & inane decernimus. Non obſtantibus Clementis Prædeceſſoris præfati Schedulis, & Reſcriptis hujuſmodi, earumque, & eorum in Regeſta relatione, necnon contractibus ſuper Offi-

Digitized by Google

Officiis hujuſmodi forſan initis : Noſtra pariter, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum die decima Martii 1775. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

PIUS PP. VI.

Regiſtrata Libro II. Edictorum, Chirographorum, & aliorum Notabilium Datariæ Apoſtolicæ fol. VIII.

Antonius Sigiſmundus Siſti Officialis.

Anno a Nativitate Domini Milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione octava, die vero decima octava Martii. Pontificatus SS. Domini Noſtri PII PAPÆ VI. Anno Primo, ſupradicta Schedula Motus proprii ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Lateranenſis, & S. Pauli extra Muros, necnon S. Mariæ Majoris, prout ſimiliter ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, dimiſſis Copiis, ut moris eſt, affixa fuit per Nos Antonium Beſani, & Joſephum Pelliccia SSmi D. N. PP. Curſores.

Petrus de Ligne Magiſter Curſorum.

Digitized by Google

Officiis hujuſmodi forſan initis : Noſtra pariter, & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo, cæteriſque contrariis quibuſcumque.

Datum Romæ apud S. Petrum die decima Martii 1775. Pontificatus Noſtri Anno Primo.

PIUS PP. VI.

Regiſtrata Libro II. Edictorum, Chirographorum, & aliorum Notabilium Datariæ Apoſtolicæ fol. VIII.

Antonius Sigiſmundus Siſti Officialis.

Anno a Nativitate Domini Milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione octava, die vero decima octava Martii. Pontificatus SS. Domini Noſtri PII PAPÆ VI. Anno Primo, ſupradicta Schedula Motus proprii ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum, & Lateranenſis, & S. Pauli extra Muros, necnon S. Mariæ Majoris, prout ſimiliter ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ, & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio, & in Acie Campi Floræ, ac aliis locis ſolitis, & conſuetis Urbis, dimiſſis Copiis, ut moris eſt, affixa fuit per Nos Antonium Beſani, & Joſephum Pelliccia SSmi D. N. PP. Curſores.

Petrus de Ligne Magiſter Curſorum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Officiis hujuſmodi forſan initis : Noſtra pariter , & Cancellariæ Apoſtolicæ Regula de jure quæſito non tollendo , cæteriſque contrariis quibuſcumque .

Datum Romæ apud S. Petrum die decima Martii 1775. Pontificatus Noſtri Anno Primo .

PIUS PP. VI.

Regiſtrata Libro II. Edictorum , Chirographorum , & aliorum Notabilium Datariæ Apoſtolicæ fol. VIII.

Antonius Sigiſmundus Siſti Officialis .

Anno a Nativitate Domini Milleſimo ſeptingenteſimo ſeptuageſimo quinto, Indictione octava, die vero decima octava Martii . Pontificatus SS. Domini Noſtri PII PAPÆ VI. Anno Primo , ſupradicta Schedula Motus proprii ad valvas Baſilicæ Principis Apoſtolorum , & Lateranenſis , & S. Pauli extra Muros , necnon S. Mariæ Majoris, prout ſimiliter ad valvas Cancellariæ Apoſtolicæ , & Magnæ Curiæ Innocentianæ in Monte Citatorio , & in Acie Campi Floræ , ac aliis locis ſolitis , & conſuetis Urbis , dimiſſis Copiis , ut moris eſt , affixa fuit per Nos Antonium Beſani , & Joſephum Pelliccia SSmi D. N. PP. Curſores .

Petrus de Ligne Magiſter Curſorum .

Digitized by Google